



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Tractatvs De Necessitate Et Modo Ministrandi Sacramenta Tempore pestis**

**Chapeauville, Jean**

**Mogvntiæ, 1612**

11. An etiam illis, qui viaticum sumpserunt, sed paulo post in peccatum mortale lapsi sunt?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41077**

## QVÆSTIO XI

*An etiam illis, qui viaticum sumpserunt, sed  
paulo post in peccatum mortale  
lapsi sunt?*

## Quæstionis explicatio.

**P**Este infectis (vt aliquoties dixim<sup>9</sup>) non raro accidere solet, vt in impatientiam blasphemias & desperationem incident, siue vi & magnitudine morbi, siue quodam suis parentibus, amicis, vicinis, omnique solatio humano sint destituti: Huius occasione quæritur, an pastor teneatur pluries dare communionem per modum viatici, an vero excusatetur?

## Responso.

*a Sot. dist. 12.  
q. 1. a. 11. Ar-  
milla verbo  
Communio.  
nu. 11. Tabi-  
ena verb. cō-  
municare, n.  
56.  
b Zuar tom.  
3. de sacram.  
disp. 69. se. 3.* Quidam (*a*) existimant teneri pluries dare per modum viatici, idque toties, quoties quis reincidit in peccatum mortale, do nec ex hac vita decesserit, sed nullum affe- runt testimonium aut probabilem rati- onem, & ideo, qua facilitate hæc obliga- tio asseritur, eadem reiici potest: Aliis (*b*) probabilius multo videtur, pastorem non teneri pluries viaticum dare; quia talis ob- ligatio neque ex sacra Scriptura, neque ex traditione & consuetudine Ecclesiæ, nec deniq;

denique ex institutione aut natura huius sacramenti colligi potest. Non ex institutione, quia hoc sacramentum non est institutum ad peccatum mortale tollendū, ppter quam causam diximus superiore cap. pceptum confessionis obligare toties quoties mortaliter peccatur. Neque ex scriptura, traditione aut consuetudine & vsu Ecclesiæ, quia nusquam leguntur, imo vero est cōtra morem Ecclesiæ: nam regulariter talia peccata sunt occulta; viaticū autē non nisi publicè accipi potest: quomodo ergo obligabit ægrotus paulopost acceptum viaticū ad iterum petendum illud ppter occultum peccatum, ex fragilitate aut vi morbi commissum.

Dices: Peccatum mortale videtur hanc obligationem inducere, quia priuat hominem effectu huius sacrati: ergo ut illud recuperari possit, debebit sacramentū repeti.

R. Negando consequentiam: i. quia iuxta veriorē sententiā effectus ille recuperati potest per pœnitētiā: deinde, et si non recuperetur, non est simpliciter necessarius ad salutem; alioquin si hæc consequentia esset valida, etiam si homo intra eundē diem peccasset mortaliter post viatici sumpcionem, & eodem die timeretur mors, deberet iterum communicare, imo sæpius e-

X        odem

odem die, sicut saepius teneretur confite-  
ti in eodem casu, quod simpliciter falsum  
est, & contra vniuersalem Ecclesie consue-  
tudinem.

## Q V A E S T I O X I I .

*An etiam de peccato mortali suspicere?*

Quæstionis explicatio.

*Glossa in ca. Dixit Domi nrs.* **P**ro intellectu quæstionis, oportet cum Canonistis distinguere triplicem suspi-  
cionem temerariam, probabilem & violé-  
tam. Temerariam vocant, quæ nullo pba-  
bili fundamento nititur, quæ idcirco non  
est rationabilis, sed potius iniusta; probabi-  
lem, quando intercedit sufficiens ratio ad  
generandum dubium, nō vero ad iudican-  
dum simpliciter de peccato alterius: Vi-  
olentam, quæ probabilitate deponi non  
potest. Hoc supposito quæritur, an in casu  
pestis & articuli mortis teneatur pastor mi-  
nistrare hoc sacramentum de peccato mor-  
tali suspectis, an vero excusetur?

*Responsio.*

**I**n primis tenetur pastor ministrare hoc  
sacramentum, primo modo suspectis:  
quia